IVRIS CIVILIS

Quæſtiones maximè controuerſæ.

Quas

PRÆSIDE TRINVNO

Ex Decreto & Authoritate, ampliſsimi & conſultiſsimi Iuriſconſultorum Collegij, in celeberrima Baſileenſium Academia.

Pro ſummis in utroq; iure conſequendis honoribus, inſignibus, & priuilegijs

Publicè examinandas proponit,

MELCHIOR AB INSVLA Baſileenſis

Ad diem 27. Maij horâ locoq; ſolitis

BASILEÆ,
Typis IOHANNIS SCHROETERI.

Anno CIↃ IↃ CI.

b 14918468

Reverendo, Nobili, Clariſſimoq́;

Viro

D. LEONHARDO
CONSTANTI THEOLO-
GO PRÆSTANTISSIMO, AVVNCVLO,
Patrono, Præceptori & Fautori pluri-
mùm obſeruando,

DISPVTATIONEM HANCCE INAV-
guralem debitæ gratitudinis & ob-
ſervantiæ

TESTEM AC ARRHABONEM

DONAT. DICAT. DAT. DEDICAT.

Author.

THESIS I.

IVRISDICTIO (à Iure dicendo non à Iure & ditione ut vult Azo dicta) ſicut in Iure ciuili latiſſimè & ſtrictè accipitur, ita quoq; dupliciter definiri poteſt.

II.

Latiſſimè conſiderata, NOTIO ciuilium & criminalium cauſarum, quæ vel Lege, vel Iure Magiſtratus competit, & cui interdum Imperium cohæret.

III.

Strictè verò & propriè accepta; Notio ciuilium cauſarum quæ Iure Magiſtratus competit, & cui Imperium cohæret.

IV.

Etſi autem, ſub latiſſima Iuriſdictionis appellatione, ciuilem & criminalem Iuriſdictionem comprehendi ſtatuam, ſub ea tamẽ MERVM IMPERIVM contineri nego.

V.

Quanti autem referat, vocabuli IVRISDICTIONIS vim & ſignificationem benè cognitam habere, ex ſequenti grauiſſima quæſtione intelligi poteſt.

VI.

Princeps aliquem de pago inveſtiens cum Iuriſdictione, QVAERITVR An tam criminalem quam ciuilem Iuriſdictionem & Merum Imperium, vel ſecundum Interpp. An merum & mixtum Imperium, ac Iuriſdictionem ſimplicem transferre intelligatur.